

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

EPITHALAMIA  
IN NVPTIIS HO-  
NESTI ET INTEGRI  
VIRI DN. GEORGII  
BOKKII,

63.  
66

&

PVDICISSIMAE VIRGINIS  
*Ottilia, Clarissimi Doctissimi & Excellentis-*  
*simi viri Dn. M. Balthasaris Kisevvet-*  
*teri Pub. Profess. in illustri PPr. An-*  
*haltin. Gymnasio, filia.*



SERVESTAE  
Excudebat Iohannes Schlier, Anno 1598.

EPITAPHIA

IN VPTIHO

WESTI ET IN TBORI

WIRI DE GEORGI

...

PVDICISSIME VIRGINIS

Offic. Clu...

...

...

...

...



O  
Q  
M  
A  
O  
E  
V





ΕΥΦΗΜΙΑ ΓΑΜΙΚΗ.


**E**N, Neonympha, mihi gratum prestare  
parato  
Officium fratris, Numen, quid nescio,  
sacrum

Ominis inde boni voluit portendere tadas  
Quod vidui, Fato tibi juncti, suscipis almas:  
Nempe, soror, voluit viduo te jungere numen:  
Matri namq; tua hoc sponsa olim contigit ipsum.  
Huius ob exemplum non te vestigia terrent,  
Qua Neonympha fuit viduo bene juncta marito.  
Esto omē, nec non bene vos quoq; vivite in unū,  
Vna quos voluit thalami autor vivere carne.

Balthasar Kisevvetter  
I.V.L., Fr. F.

A 3

ALIVD.



## ALIVD.



Um tibi dilectam nuper, mi sponse, mari-  
tam,  
Atq; simul gnatos sœva lues raperet.  
Tunc, tibi lacrymulæ super humida lumina m. hæ  
Manabant, atq; hæc tristia verba dabas:  
Heu, quo nunc fugitis, nostri solamina cordis,  
Cur mihi vos vnâ furripit atra lues?  
Tales tum luctus ducebant tempora secum,  
Hactenus & lacrymis nulla medela fuit,  
Ast numen planctus tibi nunc in gaudia vertit,  
Quæ recreant animum, dulcis amice, tuum,  
Quando tibi nostram sociali lege sororem  
Iungis, quæ sœui meta doloris erit.  
Viuite vos igitur multos, sine lite, per annos,  
Fæcundetq; Deus tœdera casta tori.  
Hæc mea fac vultu capias, noue sponse, sereno  
Carmina, & hæc studij sint bona signa noui.

*Iohannes Kisevvetter.*

ALIVD.

ALIVD.

## ALIVD.

**M**agna quidē recta debetur gloria formae,  
Cumq̄ pudicitia pondera laudis habet.  
Namq̄ homines auter finxit prestante  
figura,

Effigiem voluit quos retinere sui.  
Sed formam superans res prestantissima virtus,  
Pulcror est radiis, Hesperie clare, tuis:  
Cuius nemo potest laudes equare canendo,  
Nasonis numeros, siue Maronis habens.  
Namq̄ ea constanter cunctos perdurat in annos,  
Postq̄ rogam extremum sola superstes adest.  
Nil memorandum aequè tenet in se gratia formae:  
Nam fugit hac celeri, sed manet illa, pede.  
Ergo tuis grator captis, noue sponse, Georgi,  
Quod tali subeas cum pare iura tori:  
Qua non est tenui virtutum praeclata fama,  
Quod clarè ostendit cultus, amorq̄ DEI.  
Quodq̄ probant pectus simplex, moresq̄ pudici,  
Atq̄ verecundus, qui tenet ora, pudor,  
Si pariter formae donis est addita virtus,  
Tunc magno in precio est oris habendus honos.

A 3

Aspice

Aspice amabilibus splendentia lumina flammis  
Lumina, quæ flamma causa fuere tua.  
En flavos crines, en os, & eburnea colla,  
Et, Veneris quales vix reor esse, manus.  
Ergo quod es votis iam compos factus, habesq;  
In manibus, quod spe pectore nuper erat.  
Latus honore tuo votis rem prosequor omnem,  
Ut rata sint semper fœdera facta semel.  
Sit sine lite torus: Sit amor sine felle: sit ardor  
Mutuus: & tristi sint sine nube dies,

Isaac Gregorius Servestanus.

ALIVD.

**E**X puris veluti gemmis hic eligit illam,  
Quæ superat reliquas, quæq; nitore va-  
let:

Eligis haud aliter pulcram tibi, S P Onse, puellâ,  
Quam decorat pietas, forma, decusq; patris:  
Qui merita dignos doctrinæ accepit honores,  
Ienensi cursum continuando scholâ:  
Quiq; professores cluit inter portio clara,  
Procurans studio commoda Gymnasij.

Vnde



Vnae etiam similesq<sup>3</sup> sui, laudumq<sup>3</sup> suarum,  
Eduxit natos, progeniemq<sup>3</sup> bonam.  
Gaude SPONse igitur, fruere qui pignore tali,  
Quo cum mutares munera non Helenes.  
Ipse DEVS, cuius nunc iussa cape sitis, esse  
Vincla suo vobis fausta fauore velit.  
Obsequijs veniat certandi maximus ardor:  
Et nutum alterius pugnet uterq<sup>3</sup> sequi.

Jacobus Mullerus  
Dess.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Nov 1996

8

ULB Halle 3  
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M







EPITHALAMIA

NON NUPTIIS HO  
ESTI ET INTEGRI  
VIRI DN. GEORGII  
BOKKII,

63.  
66



INDICISSIMAE VIRGINIS  
*filia, Clarissimi Doctissimi & Excellentis-  
simi viri Dn. M. Balthasaris Kisevvet-  
teri Pub. Profess. in illustri P Pr. An-  
haltin. Gymnasio, filia.*



SERVESTAE  
Excudebat Iohannes Schlier, Anno 1598.

